

Etauctureto, prima intentio obiectua dicitur: propria vero est ipsa res, prout cognita denominatur, quæ aliter sic definiti solet: est obiectum actualiter cognitum auctureto, vel reflexo absoluто. Secunda intentio obiectua secundum Doct. vñ supra: & distinct. 2 patte 2. quæst. 1. est relatio rationis resultans inter duo extrema compara та ab actu collatiuo nostri intellectus: Vnde cum vniuersalia sint secundæ intentiones: & accidentia rationis, querimus: an subiectentur in primis: non prout improprie dicuntur tales: sed prout proprie prime intentiones subiectua appellantur.

2. Not. Pro quo secundo notandum ex Doct. quæst. principali: quod significatum termini communis significatis veram naturam reale, sive non veram naturam, seu intentionalem, tripliciter considerari potest: primo physice, secundum esse in suppositis, sive in inferioribus (sumit enim suppositum large, pro omni inferiori cuiuslibet prædicamenti) prout scilicet supponit personaliter in propositione pro suis singularibus, & inferioribus; quod dicitur esse materiale eius: & hoc modo in sunt sibi accidentia communia nouem generū, immediate tamen: quia sicut secundum Coment. 2. de anima; accidentia propria, ut risibile, & fleibile, immediate conuenient naturæ humanae, & immediate Petro, & Francisco: sic accidentia communia, ut esse quantum, album, patrem, ubicationem, &c, immediate conuenient individuis, & immediate naturæ. Secundo modo consideratur tale significatum Metaphysice, & secundum suum esse quidditatum nullum dicens ordinem ad sua inferiora, & ut sic, tantum ei conuenient sua predicatione essentialia, ac propriæ passiones, habetque à Metaphysico considerari. Tertio denique consideratur, ut habet esse cognitum, & abstractum à suis inferioribus, & quatenus supradiximus ipsum esse fundamentum proximum vniuersitatis logicæ: & hoc ultimo modo in sunt ei accidentia intentionalia: dicitur que in presenti subiectum vniuersalis.

3. Not. Tertio notandum: quod natura secundarū intentionum, & cuiuslibet entis rationis, inuestigatur à nobis per naturam entis realis: vt jam super vidimus: Vnde cum omnis secunda intentio Logica sit quedam relatio rationis, de ea, sicut de relatione reali, est nobis Philosophandū: quare sicut relatio realis consideratur, ut accidens; & ut tale accidens: & primo modo dicit in, seu ordinem ad subiectum, cui intrinsece inhæret: & secundo modo dicit ad, seu ordinem ad terminum: sic secunda intentio consideratur, ut accidens intentionale, & ut tale accidens: primo modo dicit, in, & respicit subiectum sibi proportionatum, cui intrinsece inhæret denominatio ille per intellectum: Secundo modo dicit, de, seu ordinem ad inferiora, de quibus prædicatur, & hoc si fuerit secunda intentione vniuersalis: & sumatur, ut modus. Vide Mauritiū quæst. 4. dub. 5. vbi inquit, quod esse, in, omnibus vniuersalibus conuenit, si sumantur, ut quid; si vero sumantur, ut modus: aliquibus appropriate, & ut supponit personaliter pro suis fundamentis, conuenit esse, in aliquibus autem dici, de, ut sunt secunda sub-

stantia: si vero formaliter sumantur, omnibus, siue ut quid, sive ut modus, considerentur, conuenit esse in, & die, de: vide illum.

Dicendum primo. Vniuersale Logicum est obiectua in intellectu, & etiam subiectua media: nam de esse virtuali eius, quod habet in intellectu, tanquam effectus in sua causa, nullus dubitat, quod vniuersale, & qualibet secunda intentionis sit in intellectu. Prima pars etiam ab omnibus conceditur, quia omne obiectum cognitum dicitur esse in potentia cognoscente obiectua: ergo, & vniuersale, quando cognoscitur actualiter: omne enim obiectum dicitur esse obiectua in intellectu, vel in se, vel in suo representativo.

Secunda pars etiam debet esse communis, si recte intelligatur: nam ut dicemus conclusione sequente: vniuersale est in rebus immediate, ut habent esse cognitum: & sunt in intellectu cognoscente: ergo ipsum vniuersale mediante suo subiecto, cui immediate inhæret, inhæredit mediante intellectu: sicut albedo, quia immediate inhæret quantitati, dicitur inhærente substantiae mediate.

Dicendum secundo. Vniuersalia sunt subiectua in naturis, quas denominant, prout habent esse cognitum, & abstractum. Hæc est Doct. & probatur ultimo argumento Doctoris: nam duo priora solum ad hominem concludunt: primi enim Major solutur à Doct. infra quæst. 3. de accidente, & secundum similiter solui potest: si Commentator intelligatur de intellectu agente, ut communiter intelligitur: probatur ergo ultimo argumeto. Omne accidentia est in illo subiectua, quod intrinsece denominat: sed vniuersale est accidentis denominans intrinsece re, prout haberet esse cognitum: ergo intrinsece illi inhæret, immediate que in ea subiectatur. Probo minorem: nam omnis modus, & ratio formalis, subqua aliquid intelligitur, necessario debet intelligi intrinsece in illo, quod intelligitur: nam quod intelligitur extrinsecum aliqui, non potest esse illi ratio; ut intelligatur: sed vniuersalitas est ratio formalis, & modus, sub quo natura abstracta intelligitur vniuersalis: ergo talis relatio subiectui immediate in ipsa.

Dices, Doctor 7. Metaph. vult vniuersale esse in intellectu, & non in rebus; hic autem oppositum vult: ergo sibi contradicit.

Respondet: quod Doctor loquitur ibi in sensu primæ conclusionis: vel quod vniuersale Logicum non est in re extra, ut rem considerat Physicus, aut Metaphysicus: non tamen ex hoc sequitur, quod non sit in re, ut rem considerat Logicus; videlicet, secundum esse cognitum: hoc secundum vult Doctor hic; primum autem ibi.

Ad argumenta pro prima sententia responderet: ad primum retorquendo ipsum contra illos: nam accidens; ideo esse subiectuum exquirit; quia per se esse nequit; nisi aliud concurrat: ergo quanto minoris fuerit entitas, tanto magis egreditur subiectum, minusque per se itare valebit: igitur si minimæ entitis, maxime subiectum requiretur: patet consequentia: per regulam quinti Topicorum: si simpliciter ad simpliciter: magis ad magis: maxime ad maxime. Præterea: quia

haec

### 1. Conclus.

### 2. Conclus.

### 3. Conclus.

### Ad primu pro primæ sententia.

### 1. Not.

## Quæst. V. Art. 2.

129

hæc relationes non solum subiecta, sed fundamen та exquirunt, quæ necessario debent esse naturæ abstractæ, vel aliquid in ipsis repertum.

Ad secundum, concedo intentum argumenti: sicut enim nullum est inconveniens in esse Deo modos significandi grammaticales, quos nullus sibi conuenire negat: ita nullum etiam in conueniens debet esse: ut hec intentionalia in Deo subiectentur: quare maior argumenti debet intelligi de accidentibus realibus, & non de intentionalibus. Videatur Doctor in secundo, distin. 2. 1. quæst. 5.

Ad argumenta pro secunda sententia responderet: ad primum clara est responsio in textu.

Ad secundum dico: quod intellectus non causat aliquid in re extra per transmutationem physicam, ipsam mutando de una forma reali in alteram, quia non est virtus factiva: bene tamen transmutat rem transmutatione intentionali: de non esse cognito ad esse cognitum, & de non esse comparato ad esse comparatum, ratione proprietatis in ipsa natura repertæ, eo modo, quo supra diximus: sicut, v. g. huic voci rosa, rosæ, quæ ex se est quid reale, & naturale; imponit intellectus significationem naturæ rosæ, faciens, ut sit illius significatum: & deinde tribuit ei modos significandi grammaticales, cassus, scilicet, & numeros, genus, personam, & reliquias, qui à grammaticis nominis accidentia dicuntur: & subiectum sunt in voce: nam illam intrinsece denominant: ita in proposito est dicendum. Nisi dicas cum Mauritio: quod intellectus non extra mittit, quia natura ut cogita, non est extra ipsum.

Ad tertium, quod est quedam inepta imaginatio Commentatoris; propter eius reverentia, respondet Doctor: quod intellectus, & intelligibile, sunt verius vñū, quam materia, & forma: quia nunquam materia prima est formata: ut est intellectus autem sit intelligibile: quia seipsum potest intelligere: & tunc idem numero est intelligens, & intellectum: fit igitur verius vñū: quia ex materia, & forma sit tertium: non tamen vñū est alterum: & ideo minus vñū, quā intellectus & intelligibile, quando intelligit seipsum.

## ARTIC. II.

An secunda intentiones vere, & per se, prædicentur de primis?

TERTIUS articuli quartus Quæstionum Lateriū iūculos comprehendit: & quia argumenta contra conclusiones Doctoris, ab ipso in textu operante sunt formata: pro intelligentia notandum primo. Quod prædicatio in proposito idem penit, quod Categoricala propositione importat: Categoricala vero propositione provenit ab agoreo, seu agoreo, verbo Graeco, quod Latine prædicto significat: Quare diffinitio propositionis simplicis, sive prædicationi, s. item fundamentaliter sumptu, adaptari potest: prædicatio est Enunciatio, in qua aliquid dicitur de aliquo, vel aliquid ab aliquo removetur: seu clariss.

3. Not.

I

prædicatio est enunciatio, in qua alternis extremitum, tanquam pars principalis, de altero extremo, tanquam de parte minùs principali dicitur: & de hac prædicione, quæ vñū de alio prædicatur inquirimus in præsentian conueniat secundis intentionibus respectu primarum, prout habent esse cognitum in intellectu.

Secundo norandum quod, ut ad præsens attingit, duplex est prædicatio: exercita, & signata: prædicatio exercita est, in qua inter subiectum, & prædicatum ponitur tantum copula, est, implicite, vel explicite: implicite, ut homo currit, id est, homo, est currens: explicite, ut homo est animal: signata vero est, in qua inter subiectum, & prædicatum, & inter copulam, est, ponitur implicite, vel explicite, vna secunda intentione denotans tale prædicatum dici de subiecto: ut homo prædicatur de Francisco: id est, homo est prædicatum respectu Francisci: vbi patet: quod ultra prædicatum, quod est Francis, & subiectum, quod est homo, ponitur sive secunda intentione, prædicatum. Itaque omnis prædicatio, quæ sit medianis verbis secundæ intentionis, ut prædicari, dicitur, affirmari, negari, subiecti, signari, excludi, diffiniri, &c. dicitur signata, confusa, indeterminata, ac figurativa, & quasi mistica ad Theorica: quia per illam non habetur determinata notitia, donec in fundamentis talium extremitum exercetur: v. g. quando dicimus: i genis prædicatur de species, diffinitio converitur cum diffinito: & subiectum infert prædicatum: non habetur aliqua determinata notitia: sed adhuc expectatur exercitum huius locutionis in fundamentis talium terminorum; sic dicendo: homo est animal: animal rationale est: ergo homo est homo: ergo animal: & sic de singulis: & hec ultima prædicatio dicitur exercita: quia ponit in exercitio, quod in signata continebatur, itaque media te hoc verbo, sum, es, fui, ho, existo, & alijs similibus.

Tertio notandum: aliud esse prædicatum vere prædicati de subiecto; aliud per se prædicari de illo: nam primum solum consistit; ut prædicatum sit coquenens subiecto: illiusque intrinsece inhæret: etiam si sit accidentis respectu illius: veritas enim propositionis (de hac enim veritate complexa loquitur Doctor in præsenti) attenditur penes conformitatem conceptus complexi ad significatum obiectuum complenum; prout scilicet extrema contenientia inter se sunt vñita: secundum autem postulat: ut prædicatum in aliquo quatuor modorum dicendi per se prædicetur de subiecto: quatuor sunt enim modi prædicandi per se. Primus est quando prædicatum est de diffinitione quidditatis subiecti: ut homo est animal rationale: homo est animal: homo est rationalis: quibus additur quando idem prædicatur de seipso: ut homo est homo: Secundus modus est, quando propria passio egrediens à subiecto, prædicatur de illo: ut homo est risibilis: & isti duo modi cícuntur modis per se prædicandi. Tertius est modus per se esendi: & sic omne illud est per se, quod non est in alio: v. g. Deus, substantia, &

II

Parte

parte a toto separata: tandem: quartus modus dicitur causandi, & est quando effectus formalis predicatur de aliquo mediante sua causa formalis, ut homo est albedo: albus: vel quando effectus egrediens a causa formalis dicitur de effectu formalis, mediante causa formalis: ut album albedine disgregat: vel tandem quando effectus per se dicitur de suo immediato principio productivo: ut intellectus intelligit: voluntas vult: pro quibus vide Mauritium in praesenti: Tareatum primo Post. fol. 74. Ex quibus patet discrimen inter primam, & secundam questionem laterales.

## 1. Conclus.

Dicendum primo, secundae intentiones uniuersales vere de primis, ut habent esse cognitum, praedicantur: Itaque omnes istae sunt vere: animal est genus: homo est species: Petrus est individuum: rationalis est differentia: risibile est proprium: & albedo est accidentis: haec conclusio est Doct. quest. 1. lateraliter probatur argumento ad oppositum: quod sic se habet: de quo cumque praedicatur diffinitio, praedicatur & diffinitum: sed praedicari de pluribus differentiis numero est diffinitio speciei: & talis diffinitio praedicatur de homine: seu tribuitur homini, ut habet esse abstractum, tanquam sibi conueniens, propter proprietatem in ipso repartam a parte rei ergo species, qua est diffinitum talis diffinitionis praedicabatur de homine: ac per consequens haec est vera: homo (ut habet esse abstractum) est species. Itaque cum natura humana ex natura rei sit apta ad essendum in multis, & ut talis ab intellectu apprehendatur, ipse intellectus vere tribuit illi hoc praedicatum, species, cui essentialiter conuenit praedicari de pluribus differentiis numero: & hoc sufficit: ut talis praedicatio: homo est species; sit vera.

## 2. Coclus.

Dicendum secundo, haec praedicatio: homo est species: & aliæ similes, non sunt per se: haec conclusio est Doctoris quest. 2. Lateraliter & probatur primo, praedicari per se, secundum communem opinionem, presupponit dici de omnibus: ergo si haec est per se: homo est species; seu uniuersale; Petrus erit etiam per se species, seu uniuersale; consequens est falsum: ut patet, ergo, &c.

Secundo probatur per quatuor modos praedicandi per se discurrendo: quia in primis, talis praedicatio non est in primo modo: quia secunda intentionis rei prima intentionis: nec prima, & secunda intentionis sunt simpliciter idem, ut identice praedicari possint: maxime quia tunc homo partim est ab intellectu, & partim a natura; quia est ens realis, & ens rationis simul: quod implicat: nec etiam est praedicatio in secundo modo: quia intentionis speciei non causatur ex per se principiis subiecti: nec in quarto modo: quia res non est causa efficiens secundae intentionis: sed tantum intellectus est illius causa totalis: ac tandem, nec in tertio modo: quia tunc res est efficiens causa: talis accidentis: quod est falsum: cum sit ab intellectu: tum etiam cum illa natura sit a parte rei in suis individualibus, inesse sibi talis intentionis a parte rei: ac per consequens sicut Petrus est risibilis, licet inmediate, etiam erit, hoc mo-

do, species: quod est absurdum.

Ad argumenta contra primam conclusionem, que habentur quest. prima lateraliter, respondetur ad primum, quod probat illam praecutionem esse falsam: per hoc medium: quod praedicatur non vera natura de vera natura, praedicatione est falsa, sed dicendo: homo est species: praedicatur non vera natura de vera natura: ergo, &c.

Ad primam contra pri-  
mam con-  
clusionem.

Dico: quod homo, in hac propositione: homo est species: est incognitum ad triplicem suppositionem, scilicet, homo est albus: homo est animal: & homo est species: propter hoc, tamen propositione non est distinguenda: quia multiplicitas suppositionis stat cum unitate significandi: quia talis multiplicitas non est vera & actualis, videlicet, aut potentialis: sed phantastica: & cum homo ibi solum significet unum significatum, pro quo (seu potius) quod, supponit: ideo est subiectum unum: & per consequens non est distinguendum: sed simpliciter concedendum in illo sensu, in quo vera natura habet esse cognitionem: itaque variatur suppositio in majori, & minori: nam in majori sumitur vera natura, ut est a parte rei: & in minori, ut habet esse cognitionem: & ideo, homo supponit, pro illius habet tale esse, de qua, ut sic, potest praedicari non vera natura, id est, ens rationis. Nec haec praedicatio est oppositum de opposito: nam vera natura, ut habet esse cognitionem, est etiam ens rationis. Nisi dicast quod ens rationis non opponitur enti reali, nisi utrumque sumatur, ut quid si autem ens rationis sumitur, ut modulus: tunc non illi opponitur: sed est quedam accidentis disparatum, quod de ente reali optime praedicari potest.

Ad secundum negat Doct. hanc consequentiam: species est intentio: quia species est conceptus: & intentio abstractum: & praedicatio abstracti de concreto est falsa: & ad replicam, quod contra hanc solutionem facit: videhicit: species est intentionale: ergo homo est intentionale: sicut valet album est coloratum: respodet negando consequentiam: tamen propter accidentis: muratur enim medium: quia species respectu hominis, sumitur, ut modus: respectu vero intentionis, sumitur, ut quid: quia quodlibet in suo genere est quid. Et quamvis Iohannes Anglicus cum aliis has solutiones dicat non esse ex Doctore mente: nam bene sequitur, species est intentio secunda: ergo intentio: quia arguitur ab inferiori ad superioris sine aliquo impedimento: & etiam per locum a parte in modo: & antecedens est a Doctore, & ab omnibus concessum: nihilominus sustinendo cum Mauritio esse de mente Doctoris: possunt haec negari: species est intentio: species est intentio secunda: prout stricte, & proprie loquitur Doct. de intentione: nata potius: species est intentionalis: dicere debereimus: & sic intentio est quoddam abstractum respectu speciei: & ideo de ipsi, praedicatione formalis, praedicari nequit.

Et ad solutionem replicam dico: optimè a Doctore negari: quia de forma non valeat consequentia, propter accidentem: aliter enim arguitur hic: homo est species: igitur intentionale: & aliter hic: homo est species: species est intentionale: ergo homo

homo est intentionale: nam species in maiori, sumitur, ut modus: & in minori, ut quid.

Vel aliter potest dici: quod haec: homo est intentionale: potest implicititer negari: quia hoc praedicatum intentionale, est multum abstractum a concernentia proprieta ad subiectum: nec causatur a proprietate rei immediate: sicut causatur vniuersalia: sed ab ipsis vniuersalibus, & alijs secundis intentionibus: quod etiam in concretis accidentium realium est verum: nam licet concedatur: homo est albus, vel coloratus: non tam quod sit qualis. Et quod sit pater: non tam quod sit relatum: unde Magister Adam in primo, distin. 8. inquit: quod aliqua sunt praedicata, que in sua forma, non, nisi de illis, de quibus immediate dicuntur, nata sunt praedicari: ut accidens dicitur de albo: sed non de Petro, qui est albus: sic in proposito. Ad tertium patet in littera.

Ad argu-  
menta con-  
tra secun-  
dam coclu-  
sionem.

## Nota.

Pro solutione argumentorum, que facit Doctor, contra secundam conclusionem, & habentur quest. 2. Lateraliter: notandum: quod praeter essentialia propositionis, que sunt materia, & forma eius: materia, scilicet, subiectum: quod est propriæ materia propositionis fundamentaliter sumpta: & forma, que si fuerit generalis respectu omnium propositionum, est copula, & tunc praedicatur etiam dicitur materia: si vero fuerit forma specialis, erit praedicatum, respectu cuius attenditur omnis proprietas conueniens subiecto in propositione: quia talia sunt subiecta: qualia sunt praedicata: Præter igitur haec essentialia, sunt aliquæ accidentales determinationes: ut ly per se, per accidentem, intrinsecè, extrinsecè, formaliter, materialiter, &c. Quæ dicuntur specificare, seu determinare, vel inhaerentia praedicati, id est, illam relationem, quæ dicit praedicatum, ut praedicatum est reduplicative, ad subiectum, tanquam quid illi conueniens, vel disconueniens; per copulam vniuersam explicatam (est enim praedicatum, quod est eius fundamentum: secundum modum solum significat generitatem præcise, & abstracte: & in his duobus modis tantum fit praedicatio tam in accidentibus realibus, quam in intentionibus secundis).

Secundo notandum: quod sicut accidentis reale sumitur aliquando in concreto: ut album: aliquando in abstracto, ut albedo: sic secunda intentione quandoque capitur in concreto, quandoque in abstracto: primo modo, v. g. genus, significat generitatem, & connotat animal in esse cognito, quod est eius fundamentum: secundum modo solum significat generitatem præcise, & abstracte: & in his duobus modis tantum fit praedicatio tam in accidentibus realibus, quam in intentionibus secundis.

Terrio notandum: ex Doctore in primo dist. 5. q. r. lit. A. quod tripes est abstractio: una in substantijs, & reliqua in accidentibus: abstractio substantialis fit tantum a suppositis: ut ab homine humano abstractio accidentalis, seu quæ fit in accidentibus, adhuc est duplex: altera absolute, & altera relativa: absolute fit a subiecto, & ab individuis: ut ab albo abstractio albedo: & ab albedine abstractio albedinis: abstractio relativa fit a subiecto, & fundamento, & ab individuis: ut si abstractio paternitatem, in quantum est accidentis, erit a subiecto, in quantum relatio erit a fundamento: in quantum est quedam quidditas, abstractio ab hac, & ab illi paternitate: & haec abstractio dicitur ultima, seu maximæ relaque vero, quibus abstractio ab subiecto, & fundamento, dicuntur non ultima: & idem de relationibus rationis est dictum.

Dicendum primo, omnis secunda intentionis in concreto: concretionem ad subiectum, seu ad primam intentionem, praedicatur de secunda intentione, etiam in concreto sumpta, tam praedicatio:

tentio; ideo per accidentem sibi praedicari conuenient quare ut vulgo satisfaceret, praefatam solutionem dedit: per quam etiam solvit se secundum argumentum: & ad tertium patet in textu.

## ARTIC. III.

An secunda intentiones ad inuicem in terse, praedicentur

**D**I XIMVS Articlelo precedente secundas intentiones praedicari vere: sicut non per se, de primis, praedicatione exercita, & in concreto: nam quod de illis praedicatione signata per se praedicentur, nulli dubium esse debet: siquidem praedicari, per se, conuenit intentionibus secundis: sicut esse, conuenit per se primis: nunc vero restat, ut de reciproca praedicatione secundarum intentionum, tam in abstracto, quam in concreto, in hoc Articlelo disputemus. Pro cuius intelligentia notandum primo, quod sicut accidentis reale potest in concreto sumpta, comparari: vel ad suum inferius: vel ad suum disparatum: vel ad suum subiectum: v. g. albedo ad hanc albedinem: vel ad dulcedinem: vel ad partem: sic secunda intentionis cum sit accidentis rationis: potest primo comparari ad aliam secundam intentionem sibi inferiore: vel ad aliam disparatum: vel ad primam intentionem, cui immediate ineft: vel ad aliam secundam per modum primæ conceptam.

Secundo notandum: quod sicut accidentis reale sumitur aliquando in concreto: ut album: aliquando in abstracto, ut albedo: sic secunda intentione quandoque capitur in concreto, quandoque in abstracto: primo modo, v. g. genus, significat generitatem, & connotat animal in esse cognito, quod est eius fundamentum: secundum modo solum significat generitatem præcise, & abstracte: & in his duobus modis tantum fit praedicatio tam in accidentibus realibus, quam in intentionibus secundis.

Tercio notandum: ex Doctore in primo dist. 5. q. r. lit. A. quod tripes est abstractio:

3. Not.

una in substantijs, & reliqua in accidentibus: abstractio substantialis fit tantum a suppositis: ut ab homine humano abstractio accidentalis, seu quæ fit in accidentibus, adhuc est duplex: altera absolute, & altera relativa: absolute fit a subiecto, & ab individuis: ut si abstractio paternitatem, in quantum est accidentis, erit a subiecto, in quantum relatio erit a fundamento: in quantum est quedam quidditas, abstractio ab hac, & ab illi paternitate: & haec abstractio dicitur ultima, seu maximæ relaque vero, quibus abstractio ab subiecto, & fundamento, dicuntur non ultima: & idem de relationibus rationis est dictum.

3. Not.

Dicendum primo, omnis secunda intentionis in concreto: concretionem ad subiectum, seu ad primam intentionem, praedicatur de secunda intentione, etiam in concreto sumpta, tam praedicatio:

1. Conclus.

ne figura, quam exerceit: probatur: omnis propositio, in qua prædicatur unus terminus connotatus de alio connotatu, quorum, de necessitate, est idem connotatum, est vera: sed propositio, in qua prædicatur concrenum superius de inferiori, est huiusmodi: ergo est vera: maior pater: quia illa propositio dicitur falsa; cuius prædicatum non potest affirmari necessario de subiecto: ergo illa est vera, cuius prædicatum affirmatur necessario de subiecto: sed quando affirmatur unus terminus connotatiu superior de suo connotatu inferiori, necessario prædicatum affirmatur de subiecto: quia connotatum inferioris est etiam connotatum superioris: v. g. subiectum albedinis est subiectum coloris: & ideo haec est vera: album est coloratum: ergo in secundis intentionibus, haec est vera, species est vniuersale: nam de necessitate, res, quae est species, est etiam vniuersalis. Similiter haec sunt veræ: species est species: species est intentionale: species prædicatur de specie: genus prædicatur de specie, &c. Quia subiectum unius est etiam subiectum alterius, scilicet, prima intentio, in qua fundantur.

Dicendum secundo, secunda intentio in concreto disparata potest prædicari de alia secunda intentione disparata prædicatione signata tantummodo primæ intentiones, in quibus fundantur, sint adiuvicem composibiles, & verificabiles; secus, si fuerint incomposibiles. Haec conclusio duas continet partes.

Pro quibus notandum: quod duas secundæ intentiones disparatae quandoque fundantur super duas primas intentiones composibiles: ut istæ, genus, & species: genus enim fundatur super animal cognitum, & species super hominem cognitum; quarum una de alia verificatur dicendo: homo est animal: quandoque vero fundatur super duas primas incompossibiles: ut oratio, & genus: nam oratio fundatur super istam; homo currit: & genus super animal cognitum: quæ sunt incompossibiles dicendo: homo currit est animal: hoc post prima pars conclusionis probatur.

Nam haec est vera: genus prædicatur de specie: quia prædicatio signata tantum ostendit, connotatum specie esse generis connotatum, cuius veritas in primis intentionibus exercetur: ut genus prædicatur de specie: ergo homo est animal: albedo est color. Species prædicatur de individuis: ergo Franciscus est homo: Brunellus est equus. Diffinitum prædicatur de diffinitione: ergo homo est animal rationale. Vniuersale prædicatur de multis: ergo homo, & Leo sunt animal. Non vero valet, si inferatur: ergo homo est genus: quia cum Logicus consideret secundas intentiones concretæ, & applicatas primis, non diffinit ipsas, ut supponit, & verificatur de seipso: sed ut supponunt pro denominatis, & in illis verificantur. Beneverum est tamen: quod prædicatione signata potest optime inferri, dicendo: genus prædicatur de specie: ergo animal prædicatur de homine.

Secunda pars, est manifesta: nam haec sunt falsæ, tam prædicatione exercita, quam signata: oratio prædicatur de proprio: ergo risibile

est homo currit: proprium prædicatur de oratione: ergo homo currit est risibile: & sic de alijs.

Dicendum tertio. Omnis secunda intentione disparata in concreto, fundata super aliam secundam disparatam, & concernens ipsam, potest prædicari de ipsa, quam concernit, tam signata, quam exerceit: pater: nam intellectus cognoscens vniuersale, & genus, per modum primarum intentionum, potest illa ad iudicem comparare: & tunc in vniuersali relinquitur, secunda intentione generis, & in genere relinquitur secunda intentione species: quare haec erunt veræ: Vniuersale prædicatur de genere: ergo genus est species: genus prædicatur de vniuersale: ergo vniuersale est genus dummodo subiectum sumatur ut quid, & prædicatur ut modus.

3. Cœlus.

4. Conclus.

2. Conclus.

Nota.

Dicendum quarto, omnis secunda intentione superior in abstracto, abstractione à fundamentis, prædicatur de sua inferiori, eodem modo abstracta, tam prædicatione exercita, quam signata: probatur: omne superius potest prædicari de suo inferiori: cum sit de eius essentia: sed aliqua secunda intentione, ut sic abstracta, est superior ad aliam, eodem modo abstractam: ergo prædicatur de illa: unde sicut ista sunt veræ: color prædicatur de albedine: ergo albedo est color: sic similiter haec sunt veræ: proprium est vniuersale: ergo vniuersale prædicatur de proprio: & è contra. Hoc genus est genus: ergo genus prædicatur de hoc genere. Vniuersale est secunda intentione: ergo secunda intentione prædicatur de vniuersali: & etiam è contra: & ratio est: quia termini rationum pro per se significatis, & simpliciter, supponunt, non vero personaliter, & pro denominatis.

Dicendum quinto, si una secunda intentione sumatur in abstracto, & altera in concreto: vel è contra: prædicatio erit falsa: nam sicut haec est falsa: album est color: vel color est album: ita ista sunt falsæ: species est vniuersale: proprium est vniuersale: ratio est: quia talium subiecta in concreto connotant primam intentionem, & pro ipsa supponunt; prædicatum vero tantum simpliciter, & pro per se supponit: & ideo non potest de prima intentione verificari.

Dicendum sexto, nulla secunda intentione in abstracto potest prædicari de alia, disparata abstracta, & sumpta ut quid: patet nam haec sunt falsæ: genus est species: proprium est differentia: si in illis tam subiectum, quam prædicatum sumatur, ut quid.

6. Cœlus.

Dicendum vltimo: nulla secunda intentione in abstracto vltima abstractione, nec exercite, nec signata, potest prædicari de alia secunda sumpta sive in concreto: sive in abstracto: patet propter distinctionem formalem rationis, propositionem falsificantem: quare sicut haec sunt formaliter falsæ: humanitas est animalitas: homo est humanitas & humanitas est homo: sic haec sunt falsæ: generalitas est vniuersalitas: generalitas est vniuersale: genus est vniuersalitas: itaque omnis prædicatione concreta de abstracto, vel abstracta de concreto est falsa, vbiunque detur: De prædicationibus primarū intentionū dicemus infra quæst. 4. de genere cum Doctore ibidem.

Vlt. cœla-  
sio.

QVÆS

## QVÆST. VI.

An vniuersalia sint tantum quinque?



V A E R I T V R de numero vniuersalium: utrum sint tantum quinque? quod non videatur: quia prædicari est vniuersali proprium: quoq

igitur sunt prædicata, tot vniuersalia: sed primo Topicorum non ponuntur nisi quatuor prædicata: igitur, &c.

Per idem ostenditur: quod sint tantum tria: quia ibi non ponuntur species, & differentia: igitur ista non sunt vniuersalia.

Et quod sint sex; probatur: quia ibi ponitur diffinitione: igitur præter haec quinque, illud est sextum vniuersale.

Item: quæ modis dicitur vnu oppositorū, tot modis & reliquum per Arist. 1. Topicorum: vniuersale, & singulare sunt opposita: & singularia sunt infinita: ergo, & vniuersalia.

Item: individuum est vniuersale: quia prædicatur de pluribus: & nullum istorum quinque est, ut patet inductio igitur, &c.

Itēens est vniuersale: & non est genus per Arist. 3. Metaph. prædicatur enim per se de differentia: nec est species: quia tunc habebit genus supra se: nec est aliquod aliorum trium vniuersalium: quia illa prædicatur in quale: ens vero prædicatur in quid de omnibus, ut patet per Arist. 3. Metaph.

*Ad oppositum est Porphyrius.*

Dicendum: quod sunt tantum quinque vniuersalia: sed illud diuersimode ponitur: uno quidem modo accipitur eorumus sufficientia sic: vniuersale, vel significat substantiam, vel accidentem: si substantia: vel totam, vel partem: si partem: vel materialis: & sic est generalis: vel formale, & sic est differentia: vel totam substantiam, & sic est species: species enim dicit totum esse individuum. Si accidentis: vel convertibile: & sic est proprium: vel

non convertibile: & sic est quintum vniuersale, scilicet accidentis. Cum ergo non sit possibile significari aliquid dicibile de pluribus, nisi aliquo istorum modorum, non erunt nisi haec quinque vniuersalia.

Contra hunc modum: vniuersalia, cum sint intentiones secundæ, accidunt rebus primæ intentionis: sed nihil per se distinguuntur secundum illud, cui accedit: ergo, nec intentiones distinguuntur per se, penes res: sed Logicus per se considerat intentiones: ergo haec diuiso non est Logicalis.

Item: omnia vniuersalia inueniuntur in genere accidentis: ergo male distinguuntur per significare substantiam, vel accidentem.

Ideo datur aliter eorum sufficientia penes ordinari: dicitur enim: quod quia hic liber immediate ordinatur ad librum Prædicamentorum, vbi determinatur de ordinabili in genere, ideoque hic loquitur de vniuersalibus, secundum quod in genere sunt ordinabilia: & datur sic eorum sufficientia. Ordo enim potest esse eorum, quæ sunt in eodem genere inter se, vel eorum, quæ sunt in unogenere ad illa, quæ sunt in alio genere: in eodem genere potest esse ordo directus secundum sub, & supra: & sic sunt duo vniuersalia, scilicet, genus, & species: vel indirectus; & sic est differentia, quæ est indirecte supra speciem, & sub genere. Accidentia autem ad substantiam est ordo convertibilium, vel non convertibilium, & sic sunt alia duo vniuersalia.

Contra hunc modum arguitur: quia aliqua, secundum quod sunt ordinabilia in genere secundum, sub, & supra, sunt prædicabilia, & subiectibilia: ergo hic determinatur de ipsis, in quantum sunt prædicabilia, & subiectibilia.

Item: vnum quodque diffinitus hic per prædicari, vel ei equivalent.

Item: si per hoc bene datur diversitas inter hunc librum, & librum Topicorum: tunc differentia magis ibi esset enumeranda, quam hic: cum magis habeat rationem prædicabilis, quam ordinabilis.

Item: individuum est per se ordinabile in genere: ergo licet non prædicetur propriæ: tamen esset posse hunc sextum vniuersale: qui per sic dicen-